



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3. Vtrum con tulerit gratiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

signorum, & suam & Ioannis doctrinam confirma-  
uit. Si autem Ioanes signa fecisset, homines ex equo  
Ioanni & Christo attendissent: & ideo vt homines  
principaliter Christo intenderent, nō est datū Ioan-  
ni, vt faceret signum: iudeis tñ quarentibus quare  
baptizaret, confirmavit suum officium auctoritate  
scripturas, dicens, Ego vox clamantis in deserto &c.  
vt dicitur Ioan. 2. Ipsi etiam austeritas vite, eius offi-  
cium commendabat, quia vt Chrysol. \* dicit su-  
per Matth. mirabile erat in humano corpore tan-  
tam patientiam videre.

AD TERTIVM dicendum, quod baptismus Ioan-  
nis nō fuit ordinatus a Deo, nisi ut modico tempo-  
re duraret, propter causas prædictas. † Et ideo non  
fuit commendatus aliquo præcepto communiter  
edito in sacra scriptura, sed familiari quadam reue-  
larione Spiritus sancti, ut dictum est. \*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in baptismo Ioannis, gra-  
tia daretur.

AD TERTIVM sic proceditur.  
Videtur q̄ in baptismo Ioan-  
nis gratia daretur. Dicitur enim  
Marci 1. Fuit Ioannes in deserto  
baptizans, & prædicans baptismū  
pœnitentiæ in remissionem pec-  
catorum: sed pœnitentiæ & rem-  
issio peccatorum est per gra-  
tiam, ergo baptismus Ioannis gra-  
tiam conferebat.

¶ 2 Præ. Baptizandi a Ioanne cō-  
fitebantur peccata sua, ut habet  
Matthæ. 3. & Marci 1. sed con-  
fessio peccatorum ordinatur ad  
peccatorum remissionem, quæ  
fit per gratiam, ergo in baptismo  
Ioannis, gratia conferebatur.

¶ 3 Præ. Baptismus Ioannis p-  
pinquior erat baptismo Christi,  
quàm circumcisio: sed per circum-  
cisionem remittebatur peccatum  
originale: quia, ut \* Beda dicit, idē  
salutiferæ curationis auxilium cir-  
cuncisio in lege contra originalis  
peccati vulnus agebat, quod  
nunc baptismus agere reuelatæ  
gratiæ tempore consuevit. ergo  
multo magis baptismus Ioannis  
remissionem peccatorum ope-  
rabatur, quod sine gratia fieri  
non potest.

SED CONTRA est, quod Mat. 3.  
dicitur, Ego quidem baptizo uos  
in aqua in pœnitentiam, Quod  
exponens Gregor. \* in quadam  
Homil. dicit, Ioannes non in spi-  
ritu, sed in aqua baptizat, quia  
peccata soluere non ualebat; sed  
gratia est à Spiritu sancto, & per  
eam peccata tolluntur. ergo bap-  
tismus Ioannis gratiam nō con-  
ferebat.

RESPON. Dicendum, quod sicut  
dictum est, \* tota doctrina, & o-  
peratio Ioannis preparatoria erat  
ad Christum: sicut ministri & in-  
ferioris artificis est preparare ma-

teriam ad formam, quam inducit  
principalis artifex. Gratia autem  
conferenda erat hominibus per  
Christum, secundum illud Ioann.  
primo. Gratia & veritas per Iesum  
Christum facta est. Et ideo bap-  
tismus Ioannis gratiam non confe-  
rebat, sed solum ad gratiam præ-  
parabat tripliciter. Vno quidem  
modo, per doctrinam Ioannis in-  
ducentem homines ad fidē Chri-  
sti. Alio modo, assuefaciendo ho-  
mines ad ritum baptismi Christi.

Tertio modo, per pœnitentiam,  
preparando homines ad suscipiē-  
dum effectum baptismi Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum,  
quod in illis verbis (ut Beda di-  
cit) potest intelligi duplex bap-  
tismus. Vnus quidem, quem Ioan-  
nes baptizando conferebat, qui  
dicitur baptismus pœnitentiæ: quæ  
scilicet ille baptismus erat quod-  
dam inductiuum ad pœnitentiam,  
& quasi quædam proestatio, qua  
profitebantur homines se pœni-  
tentiam acturos. Alius autem est baptismus Christi  
per quem peccata remittuntur, quem Ioannes dare  
non poterat: sed solum prædicabat, dicens, Ille nos  
baptizabit in Spiritu sancto. Vel potest dici, quod præ-  
dicabat baptismum pœnitentiæ, id est, inducentem  
ad pœnitentiam: quæ quidem pœnitentiæ ducit ho-  
mines in remissionem peccatorum. Vel potest dici,  
quod per baptismum Christi, vt Hiero. dicit, \* gratia  
datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem  
consumatur per sponsum, initiatur per parany-  
phum, scilicet per Ioannem. Vnde dicitur, quod  
baptizabat, & prædicabat baptismum pœnitentiæ  
in remissionem peccatorum, non quia hoc ipse  
perficeret, sed quia preparando ad hoc homines  
disponebat.

AD SECUNDVM dicendū, quod illa confessio pec-  
catorum non fiebat ad remissionem peccatorum  
statim per baptismum Ioannis exhibendam: sed con-  
sequendam per pœnitentiam consequentem, &  
per baptismum Christi, ad quem pœnitentiæ illa  
preparabat.

AD TERTIVM dicendum, quod circumcisio institu-  
ta erat ad remediū originalis peccati: sed baptismus  
Ioannis ad hoc non erat institutus, sed solum erat  
preparatorius ad baptismum Christi, ut dictum est. \*

Sacramenta autem ex vi institutionis, suum ha-  
bent effectum.

AD TERTIVM dicendum, quod circumcisio institu-  
ta erat ad remediū originalis peccati: sed baptismus  
Ioannis ad hoc non erat institutus, sed solum erat  
preparatorius ad baptismum Christi, ut dictum est. \*

Sacramenta autem ex vi institutionis, suum ha-  
bent effectum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum alij præter Christum, baptismo  
Ioannis baptizari debuerint.

AD QVARTVM sic procedit.  
Videtur q̄ baptismo Ioan-  
nis solus Christus debuerit bap-  
tizari: quia sicut dictum est, \* ad  
hoc Ioannes baptizauit, ut Chri-  
stus baptizaretur, sicut August. †  
dicit super Ioannem: sed qd est  
proprium Christo, non debet aliis  
conuenire. ergo  
nulli alij debuerunt illo baptismo baptizari.

¶ 2 Præ. Quicumque baptizatur, aut accipit aliquid  
Tertia S. Thomæ. R 4 a baptismo,

nis referuntur am-  
bo, & uerificatur q̄  
dispositiue in remis-  
sionem peccatorum  
baptizabat, & præ-  
dicabat ad perfectio-  
nem gratiæ per Chri-  
stum. Et si quærat no-  
uitus, in quo ergo  
differt tertia a secun-  
da expositione, re-  
spondetur, quod  
tertia ordinem Ioan-  
nis ad Christum res-  
picit: & ideo illud  
idem quod Christus  
perfecturus erat,  
Ioannes inchoare  
facere dicitur. Secun-  
da autem, ordinem  
baptismi dati a Ioan-  
ne ad penitentiam  
respicit: & ideo dicitur  
quod & baptiza-  
bat & prædicabat ba-  
ptismum suum pœ-  
nitentiæ, hoc est in-  
ducentem ad peni-  
tentiam, per quam  
fit remissio peccato-  
rum.

Sup. illud  
Mar. 1. fuit  
Ioannes in  
deserto ba-  
ptizans. Est  
c. 3. secundū  
ordinem Be-  
da.

Supra illud  
Mar. 1. præ-  
dicans bap-  
tismum pœ-  
nitentiæ.

In corp. &  
art. 1. huius  
quæst.

Super Quæstionis  
trigesimæ octauæ Ar-  
ticulum sextum.

Tullius clarus  
est.  
In corpore v-  
na conclusio: Bap-  
tismo Ioannis alij de-  
buerunt baptizari.  
Probat dupliciter:  
litera clara est.

4. dist. 2. q. 2.  
art. 3. q. 2.

\* Artic. 1.

Traha. 13. in  
Io. inter pri-  
& medium,  
tom. 9.

Homo in  
Mar. 1. art.  
1. q. 2.

In corp. &  
art. 1. huius  
quæst.

In corp. &  
art. 1. huius  
quæst.

In corp. &  
art. 1. huius  
quæst.

Art. 1. huius  
quæst.